



0cm

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22





10831





numbers

[Faint, illegible cursive handwriting]

Nulla enim reme
dia que vulneribus
libentur

quorum odorem
quam que sunt
saluberrima
salutaris et aqua

¶ Item aqua

quorum am nra

¶ Item aqua

¶ Item aqua

¶ Item aqua

¶ Item aqua
na mea contra
perdo.

Handwritten text in cursive script, possibly including the word "Hand" and a signature.

Monseigneur de France la commission que le Roy de
France a vous en la commission
Mon

Monseigneur et frère parvoys fuy approuve
voulrez imiter my hystor et que par Roy de
France en la commission de la commission
et au besoyn en ce fuy. Et. Recours a vous
il n'est que en ce respondre et ce que
me fuy de grandz fuy de la commission
fuy que vous voulez a la commission de la commission
de la commission de la commission de la commission

Monseigneur et
frere par
ce que
font

Je fuy parvoys contre et mesurer de par
vint de la commission de la commission
et de la commission de la commission
de la commission de la commission de la commission
de la commission de la commission de la commission

Monseigneur que le Roy de France la commission
et de la commission de la commission de la commission
de la commission de la commission de la commission
de la commission de la commission de la commission

Monseigneur dans grandz parvoys de la commission
de la commission de la commission de la commission
de la commission de la commission de la commission

Monseigneur et frere parvoys de la commission
de la commission de la commission de la commission
de la commission de la commission de la commission
de la commission de la commission de la commission

Monseigneur en fuy de la commission de la commission
de la commission de la commission de la commission
de la commission de la commission de la commission

Monseigneur de la commission de la commission
de la commission de la commission de la commission
de la commission de la commission de la commission
de la commission de la commission de la commission

Monsieur et oncle neveu L'Esperance
de vostre grace et vous plus sur foy
yunt main tenant tous lesportants
te nous en luy soula Importance d'uy
c'este nous p'ent en y p'ette en p'one
ulz p'adela vous v'oz de f'essant un
p'oc'edre a v'oz bono grace et ad
M'adame s'elz ma am'le p'ozt d'one
v'oz d'one y s'ante f'essant
et l'ong' d'ic' de Paris v'oz
de v'oz v'oz v'oz 333613

Mn
2 Res 10831/4

P. OVIDII NASONIS
Fastorum Liber primus.

Cum Scholiis Philippi Melanchthonis.



PARISIIS,
Ex officina Gabrielis Buon, in clauso Brunello,
sub signo D. Claudij

1559.

P. OVIDII NASONIS

FASTORVM, AD C. A.

sarem Germanicum, liber
primus.

Incipit
Hoc passio, thomam, Inuocationem
Inuocatio moue, politico qua
2 Germanicum Inuocat
Inuocatio moue, politico qua
et famat, Inuocatio moue, politico qua
capit a p. Inuocatio moue, politico qua
Inuocatio moue, politico qua
Inuocatio moue, politico qua



Empora cum causis Latium digesta per Proposio.

annum,
Lapsaque sub terras, sortaque signa ca-
nam.

Excipe pacato, Caesar Germanice, vultu

Hoc opus, & timidae dirige nauis iter:

*Officioque leuem non auersatus honorem.

Huic tibi deuoto, numine dexter ades.

Sacra recognosces annalibus eruta priscis,

Et quo sit merito quaque, notata dies.

Inuenies illic & festa domestica vobis.

Sape tibi pater est, saepe legenaus auus.

Quaeq; ferunt illi, pictos signantia Fastos,

Tu quoque cum Druso praemia fratre feres.

Caesaris arma canant alij, nos Caesaris aras,

Et quosunque sacris addidit ille dies.

Annue conanti per laudes ire tuorum,

Deque meo pauidos excute corde metus.

Da mihi te placidum, dederis in carmina vires,

Ingenium vultu statque, caditque tuo.

Pagina iudicium docti subitura mouetur

Principis, vt Clario missa legenda deo.

Inuocatio.

*Officioque

Laus

Laus

*Musa.

[Extensive handwritten marginalia in Latin, including notes on grammar, history, and the text itself. Some notes are written in red ink.]

F A S T O R V M

Quae sit enim culti facundia sensimus oris,
Ciuiica pro trepidis cum tulit arma reis.

Scimus, & ad nostras cum se tulit impetus artes,
Ingenij currant flumina quanta tui.
Si licet, & fas est, Vates rege Vatis habenas,
Auspicio felix totus vt annus erat.

Tempora digereret cum conditor vrbs, in anno
Constituit menses quinque bis esse suo.
Scilicet arma magis, quam sydera Romule noras,
Curaque finitimos vincere maior erat.

Est tamen & ratio, Caesar, quae mouerit illum,
Erroremque suum quo tueatur, habet.
Quod satis est vtero matris dum prodeat infans,
Hoc anno statuit temporis esse satis.

Per totidem menses a funere coniugis vxor
Sustinet in vidua tristitia signa domo.
Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini,
Cum rudibus populis annua iura daret.

Martis erat primus mensis, Venerisque secundus,
Haec generis princeps, ipsius ille pater.
Tertius a senibus, iuuenum de nomine quartus,
Quae sequitur, numero turba notata fuit.

At Numa nec Ianum, nec auitas praeterit umbras,
Mensibus antiquis praeposuitque duos.
Ne tamen ignores variorum iura dierum,
Non habet officium Lucifer omnis idem.

Nefasti dies, Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur,
Fastus erit, per quem lege licebit agi.

Inter precipuos eni potestas ponitur hic Germanicus a Quintiliano.

Annus decem mensium.

Lucius decem mensium.

Menses.

Nefasti dies.

Handwritten marginal notes in the left margin, including the word 'Solutio' at the top and various annotations related to the text.

Extensive handwritten marginal notes in the bottom and right margins, providing commentary and references to other works.

Nec tota per stare die sua iura putaris,
Qui iam fastus erit, mane nefastus erat.

Nam simul exta deo data sunt, licet omnia fari,
Verbaque honoratus libera Prætor habet.

Est quoque quo populum ius est includere septis,
Est quoque qui nomen semper ab orbe redit.

Vendicat Ausonias Iunonis cura Calendas:
Idibus alba Iovi grandior agna cadit.

Nonarum tutela deo caret, omnibus istis
(Ne fallare caue) proximus ater erit.

Omen ab euentu est, illis nam Roma diebus
Marte sub aduerso tristitia damna tulit.

Hæc mihi dicta semel totis herentia Fastis,
Ne seriem rerum scindere cogar, erunt.

Ecce tibi faustum, Germanice, nuntiat annum,
Inq; meo primus carmine Ianus adest.

Iane biceps, anni tacite labentis origo,
Solus de superis qui tua terga vides.

Dexter ades ducibus, quorum secunda labore
Otia terra ferax, otia pontus habet.

Dexter ades, patribusque tuis, populoque Quirini,
Et resera nutu candida templa tuo.

Prospera lux oritur, linguisque, animisque fauete,
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.

Lite vacent aures, insanaque protinus absint
Iurgia differ opus liuida turba tuum.

Cernis odoratis vt luceat ignibus æther,
Et sonet accensis spica Cilissa focus?

Probat dum iurisperitum...
Nec foto...
Nec foto...
Nec foto...

Nonæ...
Nec foto...
Nec foto...
Nec foto...

Atri dies...
Nec foto...
Nec foto...
Nec foto...

Januarius...
Nec foto...
Nec foto...
Nec foto...

Februarius...
Nec foto...
Nec foto...
Nec foto...

March...
Nec foto...
Nec foto...
Nec foto...

April...
Nec foto...
Nec foto...
Nec foto...

May...
Nec foto...
Nec foto...
Nec foto...

Vertical marginal notes in Latin script, including phrases like 'Nec foto', 'Nec foto', and other commentary.

Lucidus hic aer, & qua tria corpora restant,
 Ignis, aqua, & tellus, vnus aceruus erant.
 Vt semel hac rerum secesit lite suarum,
 Inq; nouas abiit massa soluta domos:
 Altum flamma petit, propior locus aera cepit.
 Sederunt medio terra, fretumque loco.
 Tunc ego qui fueram globus, & sine imagine moles,
 In faciem redij, dignaque membra deo.
 Nunc quoque, confusa quoniam nota parua figura,
 Ante quod est in me, postque videtur idem.
 Accipe quae sita quae causa sit altera formae,
 Hanc simul vt noris, officiumque meum.
 Quicquid vbique vides, caelum, mare, nubila, terras,
 Omnia sunt nostra clausa, patentque manu.
 Me penes est vnum vasti custodia mundi,
 Et ius vertendi cardinis omne meum est.
 Cum libuit pacem placidis emittere tectis,
 Libera per tutas ambulat illa vias.
 Sanguine letifero totus miscebitur orbis,
 Ni teneant rigida condita bella sera.
 Praesideo foribus cali cum mitibus Horis,
 Et redit officio Iuppiter ipse meo.
 Inde vocor Ianus, cui cum cereale sacerdos
 Imponit lib. um, farraque mista sale,
 Nomina ridebis, modo namque Patulcius idem,
 Et modo sacrificio Clusius ore vocor.
 Scilicet alterno voluit rudis illa vetustas
 Nomine diuersas significare vices.

4. Haec dicitur semel que loca: semel
 Et manant occupant
 vnc de
 Nunc duo que
 Nunc quoque, confusa quoniam nota parua figura,
 Ante quod est in me, postque videtur idem.
 Accipe quae sita quae causa sit altera formae,
 Hanc simul vt noris, officiumque meum.
 Quicquid vbique vides, caelum, mare, nubila, terras,
 Omnia sunt nostra clausa, patentque manu.
 Me penes est vnum vasti custodia mundi,
 Et ius vertendi cardinis omne meum est.
 Cum libuit pacem placidis emittere tectis,
 Libera per tutas ambulat illa vias.
 Sanguine letifero totus miscebitur orbis,
 Ni teneant rigida condita bella sera.
 Praesideo foribus cali cum mitibus Horis,
 Et redit officio Iuppiter ipse meo.
 Inde vocor Ianus, cui cum cereale sacerdos
 Imponit lib. um, farraque mista sale,
 Nomina ridebis, modo namque Patulcius idem,
 Et modo sacrificio Clusius ore vocor.
 Scilicet alterno voluit rudis illa vetustas
 Nomine diuersas significare vices.

Patulcius qui
 & Ianus.

Quæsieram multis, non multis ille moratus,

Contulit in versus sic sua verba duos.

Bruma noui prima est, veteris que nouissima solis:

Principium capiunt Phœbus, & annus idem.

Postea mirabar, cur non sine litibus esset

Prima dies. Causam percipe, Ianus ait.

Primus anni
dies veterum
operosus.

Tempora commisi nascentia rebus agendis:

Totus ab auspicio ne foret annus iners.

Quisque suas artes ob idem delibat agendo,

Nec plus, quàm solitum est, testificatur opus.

Mox ego, cur quanuis aliorum numina placem,

Iane tibi primùm thura, merùmque fero?

Iano primùm
sacrificatur.

Vt possis aditum per me, qui limina seruo,

Ad quoscunque voles, inquit, habere deos.

At cur læta tuis dicuntur verba Calendis?

Et damus alternas, accipimùsque preces?

Tum deus incumbens baculo, quem dextra gerebat,

Omnia principiis, inquit, inesse solent.

Principia som
nosâ.

Ad primam vocem timidus aduertimus aures,

Et primùm visam consulit augur auem.

Templa patent, aurèsque deùm: nec lingua caducas

Concipit vlla preces, diætâque pondus habet.

Desierat Ianus: nec longa silentia feci,

Sed tetigi verbis vltima verba meis.

Quid vult palma sibi, rugosâque carica dixi,

Et data sub niueo condita mella cado?

Omen, ait, causa est, vt res sapor ille sequatur,

Et peragat ceptum dulcis vt annus iter.

F A S T O R V M

Dulcia cur dentur, video: stipis ad iuce causam,

*Latet
Lucri studiū.

Pars mihi de festo ne* labet vlla tuo.

Risit: & ò quàm te fallunt tua secula, dixit,

Qui stipe mel sumpta dulcius esse putas.

Vix ego Saturno quenquam regnante videbam,

Cuius non animo dulcia lucra forent.

Tempore crevit amor, qui nunc est summus, habendi:

Vix vltra quò iam progrediatur habet.

Veterum par
simonia.

Pluris opes nunc sunt, quàm prisci temporis annis,

Dum populus pauper, dum noua Roma fuit.

Dum casa Martigenam capiebat parua Quirinum,

Et dabat exiguum fluminis vlua torum:

Iuppiter angusta vix totus stabat in aede,

Inq; Iouis dextra fictile fulmen erat.

Frondeb; ornabant, quæ nunc Capitolia gemmis,

Pascebátque suas ipse Senator oues.

Nec pudor in stipula placidam cepisse quietem,

Nec fœnum capiti supposuisse fuit.

Iura dabat populis posito modo Prætor aratro,

Et leuis argenti lamina crimen erat.

*Alto.

At postquam fortuna loci caput extulit* huius,

Et tetigit summo vertice Roma deos,

Creuerunt & opes, & opum furiosa cupido:

Et cum possideant plurima, plura petunt.

*Tentant
Diuitiæ.

Querere vt absument, absumpta requirere* certant:

Atque ipse vitiiis sunt alimenta vices.

Sic, quibus intumuit suffusa venter ab vnda,

Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

In pretio pretium nunc est: dat census honores,
 Censu amicitias, pauper ubique iacet.
 Tu tamen auspiciu^m* cur sit stipis utile, queris,
 Curque iuuent nostras æra vetusta manus,
 Æra dabant olim: melius nunc omen in auro est,
 Victaque concessit prisca moneta nouæ.
 Nos quoque templa iuuant, quanuis antiqua probemus:
 Aurea maiestas conuenit ipsa deo.
 Laudamus veteres, sed nostris utimur annis:
 Mos tamen est æquè dignus vterque coli.
 Finierat monitus, placidis ita rursus ut antè
 Clauigerum verbis alloquor ipse deum.
 Multa quidem didici, sed cur naualis in ære
 Altera signata est, altera forma biceps?
 Noscere me duplici posses ut imagine, dixit,
 Ni vetus ipsa dies extenuasset opus.
 Causa ratis superest. Thuscum rate venit in amnem,
 Antè pererrato falsifer orbe deus.
 Hac ego Saturnum memini tellure receptum:
 Cælitibus regnis ab Ioue pulsus erat.
 Inde diu genti mansit Saturnia nomen:
 Dicta fuit Latium terra, latente deo.
 At bona posteritas puppim formauit in ære,
 Hospitis aduentum testificata dei.
 Ipse solum colui, cuius placidissima læuam
 Radit arenosi Tybridis vnda latus.
 Hic ubi nunc Roma est, tunc ardua sylua virebat,
 Tantaque res paucis pascua bubus erat.

* Si.

Ferrei nummi.

Monetæ veteris forma.

Latium.

F A S T O R V M

Arx mea collis erat, quam vulgus nomine nostro
 Ianiculum. *Nuncupat. hæc ætas Ianiculumque vocat.*
Tunc ego regnabam, patiens cum terra deorum
Esset, & humanis numina mista locis.
Nondum iustitiam facinus mortale fugarat:
Vltima de superis illa reliquit humum.
Pròque metu populum sine vi pudor ipse regebat:
Nullus erat iustis reddere iura labor.
 Ian^o clauiger. *Nil mihi cum bello, pacem postèsq; tuebar,*
Et clauem ostendens, Hæc, ait, arma gero.
Presserat ora deus. tunc sic ego nostra resolui,
Voce mea voces eliciente dei.
Cùm tot sint Iani, cur sic sacratus in vno es,
Hic vbi templa foris iuncta duobus habes?
Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam,
Protinus OEbalij rettulit arma Tati:
Vtq; leuis custos armillis capta Sabinis,
Ad summæ Tatium duxerat artis iter.
Inde velut nunc est, per quem descenditis, inquit,
Ardus in valles per fora cliuus erat.
Et iam contigerant portam, Saturnia cuius
Dempserat oppositas insidiosa feras:
Cum tanto veritus committere numine pugnam,
Ipsè meæ moui callidus artis opem.
Oraque, qua pollens ope sum, fontana reclusi,
Súmque repentinas eiaculatus aquas.
Antè tamen madidis subieci sulfura venis,
Clauderet vt Tatio feruidus humor iter.

Cuius ut utilitas pulsas comperta Sabinis,
 Quae fuerat, tuto reddita forma loco est.
 Ara mihi posita est paruo coniuncta sacello,
 Haec adolet flammis cum strue farra suis.
 At cur pace lates, motisque recluderis armis?
 Nec mora, quaesiti reddita causa mihi est.
 Ut pateant populo reditus ad bella profecto,
 Tota patet dempta ianua nostra sera.
 Pace fores obdo, ne qua discedere possit,
 Caesaréque diu numine clausus ero.
 Dixit, & attollens oculos diuersa tuentes,
 Aspexit toto quicquid in orbe fuit.
 Pax erat, & nostri, Germanice, causa triumphii
 Tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas.
 Iane face aeternos pacem, pacisque ministros:
 Neue suum, praesta, deserat author opus.
 Quod tamen ex ipsis licuit mihi discere Fastis,
 Sacrauere patres hac duo templa die.
 Accepit Phæbo, Nymphaque Coronide natum
 Insula, diuidua quam premit amnis aqua.
 Iuppiter in parte est, cepit locus vnus vtrunque,
 Iunctaque sunt magno templa nepotis auo.
 Quis vetat & stellas, ut quaeque oriturque, caditque
 Dicere? promissi pars fuit illa mei.
 Felices animæ, quibus hæc cognoscere primum,
 Inque domos superas scandere cura fuit.
 Credibile est illos pariter vitis, iocisque
 Altius humanis exeruisse caput.

Templum Ia
ni pace clau-
sum.

*dicere

Iuppiter &
Aesculapius
simul culti.

F A S T O R V M

Non Venus, & vinum sublimia pectora fregit,
Officiūque fori, militiæ que labor.

Nec leuis ambitio, perfusaque gloria fuco,
Magnarūve fames sollicitavit opum.

Admouere oculis distantia sydera nostris,
Ætheraque ingenio supposuere suo.

Ascensus ad
cælum.

Sic petitur cælum, non vt ferat Ossam Olympus,
Summāque Peliacus sydera tangat apex.

Nos quoque sub ducibus cælum metabimur illis,
Ponemūque suos ad vaga signa dies.

Ergo vbi nox aderit venturis tertia Nonis,
Sparsaque cælesti rore madebit humus,

Oetipedis frustra quærentur brachia Cancri:
Præceps occiduas ille subibit aquas:

*de.

Institerint imbres nisi* tibi nubibus atris,
Nonæ signa dabunt exoriente Lyra.

v. Idus.

Quattuor adde dies, ductis ex ordine Nonis,
Ianus agonali luce piandus erit.

Nominis esse potest succinctus causa minister,
Hostia cælitibus quo feriente cadit.

Qui calido strictos tincturus sanguine cultros,
Semper agatne rogat, nec nisi iussus agit.

Agonalia.

Pars, quia non veniant pecudes, sed agantur, ab actu
Nomen Agonalem credit habere diem.

Pars putat hoc festum priscis Agnalia dictum.
Vna sit vt proprio littera dempta loco.

Aut, quia præuisos in aqua timet hostia cultros,
A pecoris lux est ipsa notata metu.

Fas etiam fieri solitis ætate priorum

Nomina de ludis Græca tulisse diem.

*Et prius antiquus dicebat * Agonia sermo,*

*Agimina.

Veraque iudicio est vltima causa meo.

Vtque ea nunc certa est, ita res placare sacrorum

Numina lanigeræ coninge debet ouis.

Victima, quæ dextra cecidit victrice, vocatur:

Hostibus à domitis Hostia nomen habet.

Antè, deos homini quod conciliare valeret,

Far erat, & puri lucida mica salis.

Hostionomē.
Vererum sa-
crificia.

Nondum pertulerat lachrymatas cortice myrrhas

Acta per æquoreas hospita nauis aquas:

Thura nec Euphrates, nec miserat India Costum,

Nec fuerant rubri cognita fila Croci.

Ara dabat fumos herbis contenta Sabinis,*

At non exiguo Laurus adusta sono.

*contecta

Si quis erat, prati factis de flore coronis

Qui posset violas addere, diues erat.

Hic, qui nunc aperit percussi viscera tauri

In sacris, nullum culter habebat opus.

Prima Ceres auida gauisa est sanguine porcæ,

Vltasuas merita eade nocentis opes.

Cereri porcæ
immolata,

Nam sata vere nouo teneris lactentia succis,

Eruta setigeræ comperit ore suis.

Sus dederat pœnas: exemplo territus huius

Palmite debueras abstinuisse caper.

Caper Bac-
cho,

Quem spectans aliquis dentes in vite prementem,

Talia non tacito dicta dolore dedit.

FASTORVM

Rode caper vitem, tamen hinc cum stabis ad aram,
In tua quod spargi cornua possit, erit.

Noxæ dedere Verba fides sequitur, noxa tibi debitus hostis

Spargitur effuso cornua Bacche mero.

Culpa Sui nocuit, nocuit quoque culpa Capellæ.

Quid bos? quid placidæ commeruistis Oues?

Flebat Aristæus, quod apes cum stirpe necatas

Viderat in cæptos destituisse fauos.

Cærulea quem genitrix egre solata dolentem,

Addidit hæc dictis vltima verba suis:

Siste puer lachrymas, Proteus tua damna leuabit,

Quoque modo repares, quæ periere, dabit.

Decipiat ne te versis tamen ille figuris,

Impediant geminas vincula firma manus.

Peruenit ad Vatem iuuenis, resolutaque somno

Alligat æquorei brachia capta senis.

Ille suam faciem transformat, & alterat arte,

Mox domitus vinclis in sua membra redit.

Oraque cærulea tollens rorantia barba,

Qua, dixit, repares arte requiris apes?

Obrue mactati corpus tellure iuueni,

Quod petis à nobis obrutus ille dabit.

Apes ex cada
uere bouis.

Iussa facit pastor, feruent examina putri

De boue, mille animas vna necata dedit.

Pauit ouis praturn, verbenas improba carpsit,

Quas pia dis ruris ferre solebat anus.

Quid tuti superest? animam cum ponat in aris,

Lanigerumque pecus, ruricolæq; boues?

Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum,
Ne detur celeri victima tarda deo.

Quæ semel est triplici pro virgine caesa Diana,
Nunc quoque pro nulla virgine cerua* cadit,

Extæ canum triuixæ vidi libare Sabæos,
Et quicumque tuas accolit Æme niues.

Ceditur & rigido custodi ruris asellus,
Causa pudenda quidem, sed tamen apta deo.

Festa Corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi,
Tertia quæ solito tempore bruma refert.

Dî quoque cultores in idem venere Lycæi,
Et quicumque loci non alienus erat.

Panes, & in venerem Satyrorum prona iuuentus,
Quæq; colunt amnes, solæque rura deæ.

Venerat & senior pando Silenus asello,
Quique rubro pauidas inguine terret aues.

Dulcia qui dignum nemus in conuiuia nacti,
Gramine vestitis accubuere toris.

Vina dabat Liber, tulerat sibi quisque coronam.
Miscendas largè riuus agebat aquas.

Naiades effusis aliæ sine pectinis vsu,
Pars aderant comptis arte, manûque comis.

Illa super suras tunicam collecta ministrat,
Alterâ dissuto pectus aperta sinu.

Exerit hæc humerum, vestes trahit illa per herbas:
Impediunt teneros vincula nulla pedes.

Hinc aliæ Satyris incendia mitia præbent,
Pars tibi, qui pinu tempora nexa geris

*datur.

Orgia Bacchi.

Silenus.

F A S T O R V M

Te quoque inextincta Silene libidinis vrunt,
Nequitia est, quæ te non finit esse senem.

Priapus Loti
dem deperit.

At ruber hortorum deus & tutela Priapus,
Omnibus ex illis Lotide captus erat.

Hanc cupit, hanc optat, solam suspirat in illam:
Signaque dat nutu, sollicitatque notis.

Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam:
Irrisum vultu despicit illa suo.

Nox erat, & vino somnum faciente, iacebant
Corpora diuersis victa sopore locis.

Lotis in herbosa sub acernis vltima ramis,
Sic, vt erat lusu lassæ, quieuit humo.

Surgit amans, animamque tenens vestigia furtim
Sussenso digitis fert taciturna gradu.

Vt tetigit niuæ secreta cubilia Nymphæ,
Ipse sui, flatu, ne sonet aura, cauet.

Et iam finitima corpus librabat in herba:
Illa tamen multi plena soporis erat.

Gaudet, & à pedibus tracto velamine, vota
Ad sua felici cæperat ire via.

Asell. Sileni. Ecce rudens rauco Sileni vector asellus,
Intempestiuos edidit ore sonos.

Territa consurgit Nymphæ, manibusque Priapum
Reiicit, & fugiens concitat omne nemus.

At deus obscena nimium quoque parte paratus
Omnibus ad lunæ lumina, risus erat.

Morte dedit pœnas author clamoris, & hæc est
Hellepontiaco victima grata deo.

by g vand pndr Ca Lmdo
cy mpo ze hnd cy pu ff noc

Intactæ fueratis aues solatia ruris,

Assuetum syluis, innoculumque genus:

Quæ facitis nidos, & plumis oua fouetis,

*Et facili dulces editis ore*sonos:*

*modos.

Sed nihil ista iuuant, quia linguæ crimen habetis,

Dique putant mentes vos aperire suas.

Nec tamen hoc falsum est: nam dîs, vt proxima quæq; est,

Nunc penna veras, nunc datis ore notas.

Tuta diu volucrum proles, tum denique cæsa est,

Iuueruntque deos indicis exta sui.

Ergo sæpe suo coniux abducta marito,

Vritur in calidis alba Columba focis.

Nec defensa iuuant Capitolia, quo minus Anser

Det iecur in lances Inache lauta tuas.

Iecur anserinum in deliciis Bacchi.
Plin. lib. 10.

Nocte deæ noctis cristatus cæditur ales,

Quod tepidum vigili prouocat ore diem.

Interea Delphin clarum super æthera sydus

Tollitur, & patriis exeret ora vadis.

Postera lux hyemem medio discrimine signat,

Æquaque præteritæ quæ superabit, erit.

Proxima prospiciet Tithono aurora relicto,

Arcadiæ sacrum pontificale deæ.

Te quoque lux eadem Turni soror æde recepit,

Hic vbi virginea campus obitur aqua.

Vnde petam causas horum, morémque sacrorum?

Diriget in medio quis mea vela freto?

Ipsa mone, quæ nomen habes à carmine ductum,

Propositoque faue, ne tuus erret honor.

Carmenta.

F A S T O R V M

Orta prior Luna (de se si creditur ipsi)

A magno tellus Arcade nomen habet.

Euander.

Hinc fuit Euander, qui quanquam clarus utroque,
Nobilior sacrae sanguine matris erat.

Quae simul aethereos animo conceperat ignes,
Ore dabat pleno carmina vera dei.

Dixerat haec nato motus instare, sibi que,
Multaque praeterea tempore naeta fidem.

Nam iuuenis, nimium vera cum matre, fugatus
Deserit Arcadiam, Parrhasiumque larem.

Cui genitrix flenti, Fortuna viriliter, inquit,
(Siste puer lachrymas) ista ferenda tibi est.

Sic erat in fatis, nec te tua culpa fugauit,
Sed deus, offenso pulsus es vrbe deo.

Nec meriti paenam pateris, sed numinis iram.
Est aliquid magnis crimen abesse malis.

Vacare malo,
magnum solati-
um est: misere-
riarum exilio
multi fortes
puniti.

Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra
Pectora, pro facto spemque, metumque suo.

Nec tamen ut primus, moeres mala talia passus:
Obruit ingentes ista procella viros.

Passus idem Tyriis, qui quondam pulsus ab oris
Cadmus, in Aonia constitit exul humo.

Passus idem Tydeus, & idem Pagaseus Iason,
Et quos praeterea longa referre mora est.

Omne solum forti patria est, ut piscibus aequor,
Ut volucris vacuo quicquid in orbe patet.

Nec fera tempestas toto tamen errat in anno:
Et tibi (crede mihi) tempora veris erunt.

Vocibus Euander firmata mente parentis
 Naue secat fluctus, Hesperiamque tenet.
 Iamque ratem doctæ monitu Carmentis in amnem
 Egerat, & Tuscis obuius ibat aquis.

Fluminis illa latus, cui sunt vada iuncta Tarenti,
 Aspicit, & *sparsas per loca sola casas.

*Solus.

Utque erat, immisis puppim stetit ante capillis:
 Continuitque manum torua regentis iter.

Et procul in dextram tendens sua* brachia ripam,
 Pineam non sano ter pede texta ferit.

*Lumina.

Nève daret saltum properans insistere ripæ,
 Vix est Euandri, vixque retenta manu.

Dique petitorum (dixit) saluete locorum,
 Tuque novos cælo terra datura deos.

Fluminæque, & fontes, quibus vititur hospita tellus,
 Et nemorum Nymphæ, Naiadumque chori.

Estis bonis auibus visi natoque, mihi que,
 Ripæque felici tacta sit ista pede.

Fallor? an hi fient ingentia mœnia colles?
 Iuræque ab hac terra, cætera terra petet?

Montibus his olim totus promittitur orbis,
 Quis tantum fati credat habere locum?

Et iam Dardaniæ tangent hæc littora pinus,
 Hic quoque causa noui fœmina Martis erit.

Chære nepos Palla funesta quid induis arma?
 Indue, non humili vindice cæsus eris.

Victa tamen vinces, euersæque Troia resurges.
 Obruet hostiles ista ruina domos.

F A S T O R V M

Vrite victrices Neptunia Pergama flammæ,
Non minor hîc toto est altior orbe cinis.

Iam pius Aeneas sacra, & sacra altera patrem
Afferet: Iliacos accipe Vesta deos.

Tempus erit cum vos, orbemque tuebitur idem,
Et fient ipso sacra colente deo.

Et penes augustos patria tutela manebit:
Hanc fas imperij frena tenere domum.

Inde nepos, natusque dei (licet ipse recuset)
Pondera cælesti mente paterna feret.

*Iulia.

Vtq; ego perpetuis olim sacrabor in aris,
Sic augusta nouum* Liuia numen erit.

Talibus vt dictis nostros descendit in agros,
Substitit in medio præscia lingua sono.

*harena.

Puppibus egressus Latia stetit exul* in herba:
Felix exilium cui locus ille fuit.

Nec mora longa fuit: stabant noua tecta, nec alter
Montibus Ausoniis Arcade maior erat.

Ecce boues illuc Erythreidas applicat Heros,
Emensus longi clauiger orbis iter.

Boues Hercu
lis.

Dùmque huic hospitium domus est Tegæa, vagantur
Incustoditæ lata per arua boues.

Mane erat excussus somno Tirynthius Heros:
De numero Tauros sensit abesse duos.

Cacus.

Nulla videt taciti quærens vestigia furti:
Traxerat auersos Cacus in antra boues.

Cacus Auentinæ timor, atque infamia syluæ,
Non leue finitimis, hospitibusque malum.

Dira viro facies, vires pro corpore, corpus
 Grande: pater monstri Mulciber huius erat.
 Pròque domo, longis spelunca recessibus ingens
 Abdita, vix ipsis inuenienda feris.
 Ora super postes, affixaque brachia pendent,
 Squallidaque humanis ossibus albet humus.
 Seruata malè parte boum, Ioue natus abibat:
 Mugitum rauco furta dedere sono.
 Accipio reuocamen, ait, vocémque secutus
 Impia per syluas victor ad antra venit.
 Ille aditum fracti præstruxerat obice montis,
 Vix iuga mouissent quinque bis illud onus.
 Nititur hic humeris, cælum quoque sederat illis:
 Et vastum motu collabefactat onus.
 Quod simul euulsum est, fragor æthera terruit ipsum,
 Ictaque subsedit pondere mollis humus.
 Prima mouet Cacus collata prælia dextra:
 Rémque ferox saxi, stipitibusque gerit.
 Queis vbi nil agitur, patrias malè fortis ad artes
 Confugit, & flammis ore sonante vomit.
 Quas quoties perflat, spirare Typhoëa credas,
 Et rapidum Aetnæo fulgur ab igne iaci.
 Occupat Alcides, obductaque claua trinodis,
 Ter, quater aduersi sedit in ore viri.
 Ille cadit, mistasque vomit cum sanguine flammis,
 Et lato moriens pectore plangit humum.
 Immolat ex illis Taurum tibi Iuppiter vnum
 Victor, & Euandrum, ruricolasque vocat.

Cacus flam-
miuomus.

F A S T O R V M

Istius aræ Li-
uius 11. ab vr-
becõdita me-
minat.

Constituitque sibi, quæ Maxima dicitur, aram,
Hic ubi pars urbis de boue nomen habet.

Nec tacet Euandri mater, propè tempus adesse
Hercule quo tellus sit satis vsa suo.

At felix vates, vt dīs gratissima vixit,
Possidet hunc Iani sic dea mense diem.

Idibus in magni castus Iouis æde sacerdos
Semimaris flammis viscera libat ouis.

Redditæque est omnis populo prouincia nostro,
Et tuus augusto nomine dictus auus.

*generosa.

Perlege dispositas* annosa per atria ceras,
Contigerant nulli nomina tanta viro.

Africanus.

Africa victorem de se vocat: alter Isaurum,
Aut Cretum domitas testificatur opes.

Hunc Numida faciunt, illum Messana superbum,
Ille Numantina traxit ab vrbe notam.

Drusus Ger-
manicus.

Et mortem, & nomen Druso Germania fecit:
Me miserum, virtus quàm breuis illa fuit.

Si petat à victis, tot sumet nomina Cæsar,
Quot numero gentes maximus orbis habet.

Ex vno quidam celebres, aut torquis adempti,
Aut Corni titulos auxiliaris habent.

Magne tuum nomen rerum est mensura tuarum:
Sed te qui vicit nomine maior erat.

Fabij.

Nec gradus est Fabios suprâ cognominis vllus.
Illa domus meritis maxima dicta suis.

Sed tamen humanis celebramur honoribus omnes,
Hic socium summo cum Ioue numen habet.

Augusta.

Sacra vocant augusta patres, augusta vocantur

Tempia sacerdotum ritè dicata manu.
 Huius & augurium dependet*origine verbi,
 Et quodcunque sua Iuppiter auget ope.
 Augeat imperium nostri ducis, augeat annos:
 Protegat & nostras querna corona fores.
 Auspiciibusque deis tanti cognominis hæres
 Omine suscipiat, quo pater vrbis onus.
 Respiciet Titan actas vbi tertius Idus,
 Fient Parrhasiæ sacra relata deæ.
 Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant:
 Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor.
 Mox honor eripitur, matronaque destinat omnis
 Ingratos nulla prole nouare viros.
 Nèue daret partus, ictu temeraria cæco,
 Visceribus crescens excutiebat onus.
 Corripuisse patres ausas immitia nuptas:
 Ius tamen ereptum restituisse ferunt.
 Binaque nunc pariter Tegææ sacra parenti
 Pro pueris fieri, virginibusque iubent.
 Scortea non illi fas est inferre sacello,
 Nec vident puros*exanimata focos.
 Si quis amas veteres ritus, assiste precanti:
 Nomina percipies non tibi nota prius.
 Porrima placatur,*Postuentaque siue sorores,
 Siue fugæ comites Menali diua tuæ.
 Altera, quòd porro fuerat, cecinisse putatur:
 Altera venturum postmodò quicquid erat.
 Candida te niueo posuit lux proxima templo,
 Quà fert sublimes alta Meneta gradus.

*origine vrbis,

Carpenta ma-
trouarum,

*Exta cremata

*Postuertæq;

Meneta,

F A S T O R V M

Cōcordia fa-
num. Nunc bene prospicies Latiam Concordia turbam:
Nunc te sacratæ constituere manus.

Furius antiquus populi superator Hetrusci
Vouerat, & voti soluerat ille fidem.

Causa, quod à patribus sumptis secesserat armis
Vulgus, & ipsa suas Roma timebat opes.

Criniti Ger-
mani. Causa recens melior, passos Germania crines
Corrigit auspicius dux venerande tuis.

Inde triumphatæ libasti munera gentis,
Templaque fecisti, quam colis ipse, deæ.

Hæc tua constituit genitrix & rebus, & ara.
Sola toro magni digna reperta Iouis.

Hæc ubi transferis, Capricorno Phæbe relicto
Per iuuenis curres signa regentis aquas.

Septimus hinc oriens cum se demiserit undis,
Fulgebit toto iam Lyra nulla polo.

Sydere ab hoc, ignis venienti nocte, Leonis
Qui micat in medio pectore, mersus erit.

Ter quater euolui signantes tempora Fastos,
Nec sementina est vlla reperta dies.

Sementinæ fe-
stivæ.

Tum mihi (sensit enim) lux hæc indicitur, inquit
Musa, quid à Fastis non stata sacra petis?

Vtq; dies incerta sacris, sic tempore certo
Seminibus iactis, est ubi factus ager.

State coronati plenum ad præsepe iuueni,
Cum tepido vestrum Vere redibit opus.

Rusticus emeritum palo suspendit aratrum,
Omne reformidat frigore vulnus humus.

Villice da requiem terræ semente peracta,

Da requiem, terram qui coluere, viris.
 Pagus agat festum. Pagum lustrate coloni,
 Et date Paganis annua liba focis.
 Placentur matres frugum Tellusque, Ceresque
 Farre suo, grauidæ visceribusque suis.
 Officium commune Ceres, & terra tuentur,
 Hæc præbet causam frugibus, illa locum.
 Consortes operum, per quas correctæ vetustas,
 Quernaque glans victa est vtiliore cibo.
 Fructibus immensis avidos satiate colonos,
 Ut capiant cultus præmia digna sui.
 Vos date perpetuos teneris sementibus auctus,
 Nec noua per gelidas vsta sit herba niues.
 Cum serimus, cælum ventis aperite serenis:
 Cum latet, ætherea spargite semen aqua.
 Neve graues cultis cerealia dona cauete,
 Agmine laesuro depopulentur aues.
 Vos quoque subiectis Formicæ parcite granis,
 Post messem prædæ copia maior erit.
 Interea crescat scabræ rubiginis expers,
 Nec vitio cæli palleat agra seges.
 Et neque deficiat macie, neque pinguior æquo
 Diuitiis pereat luxuriosa suis.
 Et careant loliis oculos vitiantibus agri,
 Nec sterilis culto surgat auena solo.
 Triticeos fætus, passuræque farræ bis ignem,
 Hordeæque ingenti fœnore reddat ager.
 Hoc ego pro vobis, hoc vos optate coloni,
 Efficiatque ratas vtraque diua preces.

Ceres.

Rubigo.

F A S T O R V M

Aurea secula. *Bella diu tenuere viros: erat aptior ensis
 Vomere, cedebat taurus arator equo:
 Sarcula cessabant, versique in pila ligones:
 Factaque de rastro pondere cassis erat.
 Gratia dis, domuique tuæ, religata catenis
 Iam pridem vestro sub pede bella iacent.
 Sub iuga bos veniat, sub terras semen aratas:
 Pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres.
 At quæ venturas præcedit sexta Calendas,
 Hac sunt Ledaïs templa dicata deis.
 Fratribus* illa deis, fratres de gente deorum
 Circa Iturnæ composuere lacus.
 Ipsum nos carmen deduxit pacis ad aras.
 Hæc erit à mensis fine secunda dies:
 Frondibus Aëtiacis comptos redimita capillos
 Pax ades, & toto mitis in orbe mane.
 Dum desunt hostes, desit quoque causa triumphi:
 Tu ducibus bello gloria maior* eris.
 Sola gerat miles, quibus arma coërceat hostes,
 Canteturque fera nil nisi pompa tuba.
 Horreat Aeneadas & primus & ultimus orbis:
 Si qua parum Romam terra timebit, amet.
 Thura sacerdotes pacalibus addite flammis:
 Albâque perfusa victima fronte cadat.
 Utq; domus, quæ præstat eam, cum pace perennet,
 Ad pia propensos vota rogate deos.
 Sed iam primâ mei pars est exacta laboris,
 Cùmque suo finem mense libellus habet.*

*Iliades.
 Castor & Pol
 lux.

*ades.


F I N I S.



wy zlm
lin
nf
fzgm
by mo
Vly
Cuto m
vory st
Ced
vt dlo
o In
aduo
st dury
u Cro
conden
y me
ner
mo pass
r dnd
rubel
pou
ulo
m
m
m
m
mem
pas
B



Handwritten musical notation in a cursive script, possibly a vocal line, located in the upper left quadrant of the page.



Handwritten text, possibly a word or a short phrase, located below the small grid element.

In hoc pascha

gaurio

et omnis

sanctus

ingredi

thronos

deus

et

deus

Handwritten text, possibly a word or a short phrase, located below the musical notation on the left.



